

1166.

1296 i Juni.

Tiunda Lagmannen Israels Enkefru RAGFRIDS testamentariska förordnande i samma ämne.

A. 6. a. 2: 24.

Vniuersis christifidelibus presens scriptum cernentibus, RANGFRIDIS relicta domini israelis condam legiferi thýundie salutem in domino sempiternam, tenore presentis vniuersitati vestre notum facio, me filio meo ac filiabus meis nec non ipsarum maritis bona mea videlicet hereditatem totam quam post patrem meum & matrem hereditario iure adquisivi post mortem meam integraliter vbicumque fuerint constituta tali condicione reliquisse quod ipsi in diebus meis de eisdem bonis nichil iuris sibi vendicent uel vsurpent & quod ego bona mea que sunt in swecia superiori in nullo per ipsos inpedita videlicet Morghengeif & ea omnia que dewoluta sunt ad me iure hereditario uel quocumque modo alio euenerant michi post filium meum & maritum temporibus vite mee quiete possidere valeam ac libere ordinare, vendere, donare, commutare distribuere & alienare secundum mee beneplacitum voluntatis. In cuius rei euidens testimonium presentem litteram siggillo meo, nec non venerandorum dominorum siggillis videlicet domini býrgeri illustris regis sweorum th knutson marskalchi benedicti legiferi wesgotorum laurencii bobierg andree prepositi vpsalensis beronis neff. thome Jonsson karulli gregerson, & Rangwaldi vlwasæ son duxi roborandam. Datum anno domini. M°.CC°.XC°.VI°. Mense Junio.

Under documentet hänger Björn Næfs Sigill, det enda som blifvit ditsatt.

1167.

1296 d. 30 Juli.

Upsala.

Kaniken i Upsala CARL ERLANDSSONS Testamentariska anordning om sin qvarlåtenskap.

A. 4.

In nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Cum mortis dies & hora omnibus sint incerta, idcirco Ego KAROLUS ERLENZSON Canonicus Vpsalensis licet corpore debilis per omnia tamen compos mentis mee, subscripto modo meum condo & ordino testamentum, In primis Ratas & gratas habeo pro parte mea omnes donaciones & legata, que dilectus auunculus meus dominus .M. Jooansson, fecit in testamento suo ecclesijs monasterijs, & pauperibus, volens & rogans vt sanctimoniales in schoo anniuersarium parentum meorum & karissimi fratris mei fratris Israelis & meum simul singulis annis sollempniter agant, Pro solucione autem debitorum que ad me ex parte patris mei pertinent & similiter pro solucione debitorum que me ex parte